XXXII.

Coluccio Salutati a P. P. Vergerio [a] [1].

[B. c. 63 B; P, c. 52; G, c. 115 B].

Firenze, 11 marzo 1391 (?)

Le troppe cure gli vietano di rispondere alle frequenti lettere.

Al retto vivere, come desidera sapere, forse non basta il precetto socratico di esser tale quale vuol parere,

perchè taluni ostentano le proprie turpitudini.

Onde non resta che affidarsi pienamente alla religione cristiana.

Haberem tecum, frater carissime, multa dicere et pluribus [b] epistolis tuis debita vicissitudine respondere, sed tu ipse michi occupationum mearum testis, iudex et arbiter mearum excusationum esto. inter alia autem petis ut tibi benevivendi regulam tradam. nescio autem si quod [c] ad gloriam Socrates expeditissimum voluit [2] satis sit, ut annitaris scilicet talis esse qualis videri cupias; et forte [d] tibi et cunctis benecupientibus abunde fuerit, sed non pariter omnibus. nam, Venere cum Marte deprehensis [e], « aliquis de diis [f] non tristibus [g] optat sic fieri turpis » [3]. sunt enim qui nedum non obtegant, sed expandant quasi [h] gloriosissimum aliquid turpitudines suas; unde illud satis credas [i], si te perfectum religionis christiane cultorem exhibeas, et rectissime vite methodum et finem in quem cuncta dirigas, invenisse. vale. alias forte plura. .XI. martii 1391, Florentie.

XXXIII.

P. P. Vergerio a Coluccio Salutati [k].

[B, c. 63 B; P, c. 52; G. c. 116].

Padova, 10 maggio 1391 (?)

Lo ringrazia della letterina

Brevem a te pridie, pater optime, sed maturam, sed gravissimam, et que auctorem suum palam ostendat, litterulam [l] ha-

(a) *B* Colutius Pieri de Salutatis P. P. V. s. d. *P* Colutius de Salutatis P. P. Vergerio sal. (b) *Novati mette* pluries (c) *B* si quoad (d) *B* at forte (e) *Novati corr.* Venere et Marte deprehensis *PM c. 126 in marg.:* « *Melius* deprehensa*: esset enim* « *soloecismus* ». (f) *PG* ex diis (g) *G in marg.:* « testibus *in C T* ». (h) *Codd.* expandant queri *PM:* « *Obscura sententia: corrigi debet. Quin error in utroque codice.* « *Meo autem iudicio* quasi *sensus expostulat* ». (i) *Combi, Novati corr.* credas te, si (k) *B* P. P. V. Colutio Pieri de Salutatis s. d. *P* P. P. Vergerii ad eundem Colutium de Salutatis (l) *G* epistolam *corr. da seconda mano in B.*

(1) L'epistola fu stampata ed illustrata dal Novati con qualche cenno intorno alla cronologia vergeriana sino al 1396 nell'*Epistolario di Coluccio Salutati*, vol. II, p. 277.

(2) Cic. *De offic.*, II, 12.

(3) Ovid. *Metam.*, IV, 187-8. Il Sabbadini propone la lezione « tunc testibus » anzichè « non tristibus » nel testo divulgato.